



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Locorum co[m]munium Ioannis Eckij,
aduersus Lutheru[m] & alios hostes Ecclesiae**

Eck, Johannes

Antverpiae, 1541

7 De ordine.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35599

DE ORDINIS

substantiam crediderunt, &c. infra.
Quod si hoc loco queras, Quare in ecclesia baptizatus, nisi per manus episcopi, non accipiat spiritum sanctum? Disce hanc obseruationē ex ea authoritate descēdere quod post ascensum domini, spiritus sanctus ad apost. descendit, & multis in locis idem factitatum reperimus.

Mat. 10

Mat. 11

Christus quando imposuit manus paruulis: hoc sacramentum vel instituit, vel insinuauit. Vide Tomo. 4 Homilia. 25.

DE ORDINIS SACRAMENTO VII.

Mat. 10

Quia negant ordinem esse sacramentum. Ex sacris literis doceatur ordo, & quod cum signo sensibili conferat gratiā.

Mat. 6

Ascendens Iesus in montem vocauit ad se quos voluit ipse, & venerūt ad eum, & fecit vt essent. 12. cū illo, & vt mitteret eos prædicare. Post hæc designauit dominus & alios septuag.

Luc. 10

DE SACRAMENTO. 29

ptuaginta duos, & misit illis binos
ante faciem suam.

Accepto pane gratias egit, & fre- **Luc. 22**
git & dedit eis, dicēs: Hoc est corpus
meū quod pro vobis tradetur, hoc
facite in meā commemorationem.

Dixit Iesus apostolis: Sicut me mi **Ioan. 20**
sit pater, & ego mitto vos: hæc quū
dixisset insufflauit, & dixit eis: Ac-
cipite spiritum sanctū, quorum re-
miseritis peccata remittuntur eis,
quorum retinueritis, retenta sunt.

Dixit spiritus sanctus: Segregate **Act. 13**
mihi Saulum & Barnabam, in opus
ad quod assumpsi eos. Tunc ieiunā-
tes & orantes, imponentesq; eis ma-
nus dimiserunt illos.

Noli negligere gratiam quæ in te **1. Tim. 4**
est, quæ data est tibi per prophetiā,
cum impositione manuum presby-
teri, in his te exerce.

Nemini cito manus imposueris, **2. Tim. 6**
neq; cōmunicaueris peccatis alienis

Qui bene præsunt presbyteri, du- **2. Tim. 5**
plici

DE ORDINIS

plici digni sunt honore.

Titum, 1. Huius rei gratia reliqui te in Cre-
ta, vt constituas oppidatim pres-
byteros.

Phil, 2. Qui huiusmodi sunt, eos in pre-
cio habete.

& Thess, 5. Rogamus vos fratres, vt agnosca-
tis eos, qui laborāt inter vos, & qui
præsunt vobis in domino, & admo-
nent vos, vt habeatis illos in sum-
mo precio.

& Pet, 5. Pascite qui in vobis est gregem
dei, & infra. Et cum apparuerit prin-
ceps pastorum, percipietis immar-
cessibilem æternę glorię coronam.

Act, 20. Attendite vobis, & cuncto gregi,
in quo vos spiritus sanctus posuit
episcopos ad regendū ecclesiam dei
quam acquisiuit sanguine suo.

Act, 6. Aduerte hic quod diaconos men-
sorum & viduarū legimus ab Apo-
stolis institutos. Inter quos legūtur
etiam prædicasse Stephanus & Phi-
lippus, qui Samaritanos conuertit.

Diaconos

SACRAMENTO. 53

Diaconos autē altaris qui ordinantur, ad orandum & prædicandū iungit Apostolus Paulus episcopus dicens, Omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis, cum episcopis & diaconis, & ad Timotheum descripto episcopo, describit qualis debet esse diaconus. Habes hic in Apostolo manifestam discretionem inter episcopos & diaconos. Discretio igitur ordinum & ministrorum in ecclesia solidum habet fundamentū in sacris scripturis, de quo vide in Tomo. 4. Homilia. 63.

Patet duodecim fuisse Apostolos & septuagintaduos discipulos, illis episcopi, istis sacerdotes succedunt (docet Beda) Erāt baptizati Apostoli, at non sacerdotes, nisi quū in cœna fecit eos sacerdotes, dans eis potestatem consecrandi corpus Christi verum, & post resurrectionē absoluedi corpus Christi mysticum. Et signū sensibile fuit in impositio-

H ne

DE ORDINIS.

ne manuum, & contulit gratiam, cur igitur à Luthero reiicitur à sacramento? Et non esse cuiuslibet è plebe officium patet per prophetas,

Hier. 23

Non mittebam prophetas & ipsi currebant, nō loquebar ad eos & ipsi prophetabant, si stetissent in cōsilio meo, & nota fecissent verba mea populo meo, auertissem vtiq; eos à via mala, & à cogitationibus suis pessimis, tales sunt hæretici, qui si starent in consilio dei, deus eos illuminaret,

Num. 25

De Phinees. Ecce do ei pacem fœderis mei, & erit tã ipsi quàm semini eius, pactũ sacerdotij sempiternũ

Malac. 2

Pactum meum fuit cum Leui (dicit dñs exercituũ) pactum meũ fuit cum eo vite & pacis, & dedi ei timorem &c. Lex veritatis fuit in ore eius, iniquitas non est inuenta in labijs eius, labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem exquirēt ex ore eius, quia Angelus dei exercituum est.

SACRAMENTO 34

est. Ecce pactū sacerdotale cum Le-
ui, non cum alia tribu.

Nec quisquam sumat sibi hono- *Heb. 7.*
rem, sed qui vocatur à deo, quemad-
modum Aaron, sed legitur nō quēli-
bet è plebe vocatum ad sacerdotiū,
Aaron inquit, & filios eius unguet,
& sanctificabis eos vt sacerdotio
fungantur mihi.

Item legimus iussisse dominum, *Num. 14.*
q̄ quando mouenda essent castra, fi-
lij Caath portarent vasa sanctuarij
inuoluta ab Aaron & filijs eius, &
non tangerēt ea ne moriātur. Hinc
Dathan, Chore & Abiron, v surpan- *Num. 16.*
tes sibi sacerdotale officiū (sicut mo-
do laici Lutherani (à terra absorpti
sunt, descēderūt q̄ viui in infernū,
& ducenti quinquaginta viri eis cō-
sentientes ab igne consumpti sunt.
Ita Oza, quoniā vltra suę sortis cō- *2. Reg. 20.*
ditionem manum archę dei ne cade-
ret adinouit, subita morte à dño
percussus est. Itē Osias rex quū opus

H 2 sacer-

DE ORDINIS

Daniel sacerdotale (adolere, s. incensum super altare thymiamatis) præsumeret, increpatusque ab Azaria & reliquis sacerdotibus domini, non desisteret, lepra in fronte perfusus est, mansitque leprosus usque in diem mortis sue. Balthazar quoque rex temulentus bibens ex vasis aureis & argenteis, quæ Nabuchodonosor pater eius asportauerat de templo dei quod est in Hierusalem, vidit manum scribentem in pariete. Mane thecelphares, eadem nocte interfectus est & Darius medus successit in regnum.

Hinc canonicis sanctificationibus iustissime ac sanctissime prohibitum est laicis, manibus attrectare res sanctas, puta calicem, corporale, hostiam consecratam, & huiusmodi, distinctione vigesimatertia, canone Sacratas & cetera. Non oportet in sacratas, & de cons. distinctione prima, canone: In sancta sede, &c. vestimenta. Non debent igitur huiusmodi sacra contingi

tingi aut offerri, nisi à sacratis hominibus, ne ultio quę Balthasar regem percussit, super hoc transgredientes veniat.

Dionysius, s. Pauli discipulus capite quinto cœlestis Hierarchie, prosequitur ritum apostolorum in consecrandis episcopis, presbyteris, & diaconis.

Ignatius discipulus S. Ioan. ad Trallianos extollit dignitatem episcoporum, presbyterorum & diaconorum. Hoc idem docuit per epistolam Smyrnen. Et ad Antiochenes inquit, Saluto sanctū presbyterū vēstrū, saluto sanctos diaconos, saluto subdiaconos, lectores, cantores, hostiarios, laborantes exorcistas, atque confessores.

Cyprianus libro primo epistola tertia, ab initio meminit acolythi. Ecce tēpore apostolorum omnes fuisse ordines.

Renarrat omnes ordines Hiero.

H 3 in

DE ORDINIS.

in epistola ad Rusticum Episcopum
Narbonen.

¶ Obijciunt Laici.

1 Omnes Christianos esse sacerdo-
tes, & unctos ex baptisate in sa-
cerdotes.

1^o Pet. 2 2 Vos estis genus electum, regale
sacerdotium.

Apoc. 6 3 Dilexit nos & lauit nos a pecca-
tis nostris in sanguine suo, & fecit
nos regnum & sacerdotes deo & pa-
tri suo.

1^o Cor. 12 4 In vno spiritu omnes in vnum
corpus baptizati sumus & oēs in vno
spiritu potati sumus. Sequitur nos
omnes esse æqualiter sacerdotes. Si-
mile dicunt Chrys. & Amb.

Rom. 12 5 Obsecro vos fratres per miseri-
cordiam dei, vt exhibeatis corpora
vestra hostiam viuentem sanctam,
deo placentem, rationabile obse-
quium vestrum, hoc possunt etiam
laici.

¶ Respondent Catholici.

Ordi

SACRAMENTO 56

Ordinationes illas Lutheranas, solitas esse apud hæreticos, docuit ante mille trecentos annos Tertullianus, faciūt enim ex sacerdotibus laicos, & sacerdotalia munera laicis iniungunt. Conatur Luther nō alios facere sacerdotes, quā Pharaō, & gentiles, & sicut scriptura meminit de Hieroboā, qui ex nouissimis 3. Reg. 12 de plebe instituit sacerdotes: & prohibuit populum ne ascenderet Hierosolymam, sicut Luther ne ascēdat ad Romam.

Liquet omnes fideles esse sacerdotes sicut sunt reges, hoc est spiritua- De primos liter, quia deus regnat in eis per liberā charitatē, & ipsi per vnctionē sancti spiritus regunt vires animæ & sensus suos, ac præter istos reges, etiam mendicos, sunt in ecclesia reges & præfides externi. Sic omnes fideles, quia offerūt deo fidē & orationes &c. sunt sacerdotes spirituales, & illud sacerdotiū nō eget ceremo-

H † nis,

DE ORDINIS.

nīs, sed præter hoc sacerdotium in-
ternum, est vnum externū in eccle-
sia certis personis affixū. Sume ex-
emplum, quilibet fidelis est templū
dei, templum dei sanctum estis vos,
ait Paulus, sed præter ista tēpla, est
templum externum certo loco affi-
xum, in quo loco fideles cōgregātur

De secūdo Es obduratus more hæreticorū,
iam facies omnes etiam Iudeos esse
sacerdotes, eò quod dicatur Iudæis.

Exo, 19 Si audieritis vocem meam & custo-
dieritis pactum meum, eritis mihi
in peculium de cunctis populis, &
in regnū sacerdotale, & gens s. hæc
ad vniuersum Israel dicta sunt, sed
reges fuerunt & sacerdotes, modo
præfato.

Lib. 20. de Vnde beatus Augustin⁹ exponēs
ciuita. dei illud Apoc. 20. Sed erunt sacerdotes
ca. 10 dei & Christi, & regnabunt cum eo
mille annis, ait: Non utiq; de solis
episcopis & presbyteris dictū est,
qui proprie iam in ecclesia vocātur
sacer-

facerdotes, sed sicut omnes Christianos dicimus propter mysticū chrisma, sic omnes sacerdotes, quoniam membra sunt vnius sacerdotis: De quibus Apostolus Petrus, Plebs, inquit sancta, regale sacerdotium &c. ^{1. Pet. 2.}
 Et Hieronymus contra Luciferianos, qui receperunt laicum peccatorem qui errasse se confitebatur, nō autem episcopum nisi deposito sacerdotio.

Habes itaq; maximū inter sacerdotem & sacerdotiū laicū & hierarchicum, discrimē. Peccāt igitur Lutherani, decepti per Aequiuocationis sophisma: non intelligētes quomodo in scripturis sacris, sacerdotis & sacerdotij nomē varie his qui ad id muneris ē populo assumpti sunt, vt orent & sacrificent pro suis & populi peccatis, & alijs quibus hi presunt pro quibus sacrificant & orant, adscribitur.

¶ De tertio similiter dicatur.

H. 5. Tor.

ORDINIS SAC.

De quarto Torquent, hunc locum hæreticè
nam etiam si omnes sumus vnum
corpus in Christo, quomodo tã stu-
pide infert, ergo omnes sumus ma-
nus, aut omnes sumus pedes, quum
etiam in ipsis mēbris sit differētia?
quare cū vnitāte corporis stat mem-
brorum differentia?

De quinto. Fatemur omnes Christianos etiã
Laicos posse offerre oblationes spi-
ritales, & ita posse esse sacerdotes
mysticos, erigentes in se altare affe-
ctus in deum, sed non est consecra-
rium, propterea eos esse sacerdotes
externos, hierarchicos.

DE CONFESSIO- ne VIII.

Confessionem esse necessariã
pro sacramēto penitentię, ip-
samq; iure diuino præceptã.

Mal. 16 Christus dixit Petro: Tibi dabo
claves regni cœlorum, & quodcun-
que ligaueris super terram, erit li-
gatũ in cœlis, & quodcunque solue-
ris